

aliquam in contrarium, ymmo semper hec valida firmaque consistant. Huius rei testes sunt Heinricus et Heinricus advocati de Plawen, Ffridericus de Schonburgk, Albertus de Blanckenaw, Albertus de Folgelsberg, Gerhardus custos Erffordensis, Matthias prothonotarius nostre curie et quam plures alii fide digni. ^{c)}Datum Erffordie anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono pridie idus novembris.^{c)}

a) ewi Schöttgen/Kreysig b) sew Schöttgen/Kreysig (c-c) vor Nennung der Zeugen Schöttgen/Kreysig

25. Die Reichsstädte Altenburg, Chemnitz und Zwickau schließen auf Befehl König Rudolfs ein Bündnis untereinander.

[zwischen 1290 November und 1291 Juli 15]

*Original: Stadtarchiv Zwickau, A*A I 12 Nr. 1 (A); Pergament: 27 cm breit, 23 cm hoch, Plica: 1,5–2,0 cm (Abb. im Anhang Taf. 1); Besiegung: Drei Siegel an Pergamentstreifen: (1) Stadt Zwickau (nur teilweise erhalten, vgl. Gautzsch, Wappen und Bracteatien, S. 141; Abb. bei Vogel, Zwickauer Stadtwappen, S. 43; siehe auch Abb. im Anhang Taf. 2; Beschreibung: Deutsches Städtebuch II, S. 248); (2) Stadt Altenburg (Abb. in Altenburger UB, Taf. 20 c); (3) Stadt Chemnitz (Abb. in CDS II, Bd. 6, Taf. 1, 1); Schrift und Diktat: Altenburger Deutschordenshand 7 (Altenburger UB, S. 51* f.). — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, III d Nr. 13a, Kopialbuch I, fol. 20v, Überschrift: Pund Aldenburg, Kemnitz, Zwickaw (15. Jh.) (B). — Edition: Herzog, Chronik II, S. 871, Nr. 2; CDS II, Bd. 6, S. 2 f., Nr. 3; Altenburger UB, S. 285 f., Nr. 354. — Regest: Reg. Imp. VI, 1, S. 597, Nr. 2403. — Anm.: Das Ausstellungsdatum ist durch den Aufenthalt König Rudolfs in Altenburg (vgl. Altenburger UB Nr. 339) und seinen Todestag eingegrenzt. — Zur Sache: Thieme, Burggrafschaft Altenburg, S. 224–236; Teichert, Bündnisurkunde, S. 53–57.*

Cum inter alia providentie opera, quibus commodum et utile subsistit, quo unanimitas et bonum pacis perseverat, precipue commendatur, nos universi cives in Aldenburch universique in Kemnitz ac in Zvicov omnibus tam presentis quam future etatis Christi fidelibus obsequiorum affectum. Noverint universi, ad quos presens scriptum pervenerit, quod, cum dominus noster Rudolphus invictissimus Romanorum rex venisset in terram Plisnensem et se eius ex imperii maiestate libere intromisisset, voluit, statuit necnon firmiter observari precepit, ut Aldenburch, Kemnitz, Zvicov civitates imperio attinentes in unum secundum subscriptorum seriem conspirarent, videlicet ut, si quis^{a)} eas absque iure occupare vel dampnificare intenderet vel inciperet, mutuuum inter se auxilium sibi conferre debeant, prout unicuique supradictarum civitatum posse suppetit et facultas. Preterea si dominus rex Romanorum supranominatus secundum dei predestinacionem et velle morte deciderit, nulla trium prememoratarum civitatum absque consilio reliquarum quidquam faciet, sicut etiam domino regi sub fidei adtestacione veraciter promiserunt, quousque vice sua scilicet domini regis rex alius seu imperator ad apicem imperii sublimetur. Insuper si scisma aliquod vel quecumque discordie species in aliqua prefatarum civitatum orta fuerit, ex unaquaque ipsarum quatuor viri conveniant et se huiusmodi ingerant discordie ipsamque fideliter pacificent et concordent. Verum quicumque contrarius horum virorum institutis pacificis fuerit, contra hunc et suos in hoc fautores ac cognacionem conferent operam ex predictis relique civitates. Et si quis^{a)} omnibus hiis